



**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam  
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Quartvs Decretalivm Libri continentur

**Barbosa, Agostinho**

**Lugduni, 1669**

De Conceßione Præbandæ, & Ecclesiæ non vacantis. Tit. VIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](#)

# De Concessione Præbendæ, &c. Tit VIII. 81

De Concessione Præbenda, & Ecclesia  
non vacantis.

## TIT. VIII.

UPER hanc rubr. scripserunt Zabat.  
Ioan. Andr. Imola, Anania, Anch. Butr.  
Panorm. Guid. Papæ, Durand. in breviario  
auræ iuris Canon. fol. 91. verso 6. Ioan.  
de Londris in breviario sanctorum Cano-  
num. fol. 174. Petr. de Ravenna in compendio iuris Ca-  
non. Martin. Mefnat. in epitome Decretal. fol. 104. Dan.  
Venator. in analysi methodica iuris Pontificiæ pag. 387.  
Goffred. & Hoft. in summa huius tit. Alexand. Caslani.  
& Anaf. Germom. in paratibus ad quinque libros De-  
cretal. Bartholom. Carthag. in expositione titulorum  
iuris Canonici. Zypæ. in analytica postremi iuris ecclæ-  
siastici enarrat. pag. 177. nouissime Ioan. Honor. lib. 3.  
summa in Decretal. omnes sub hoc tit.

### S V M M A R I V M .

- 1 Institutus scienter in beneficio vincentis est depone-  
dus. & ab Ecclesiastica communione depellendu-  
m. 2.
- 3 Beneficis Sacerdotis vini impetrans excusatur à pa-  
na, si de eius morte fama percrebruerat.
- 4 Sententia lata super beneficio Ecclesiastico, an transfat  
in rem indicatam, ostenditur.

### CAP. Qui in viuorum. I.

#### Gelas. Papa.

Institutus scienter in beneficio vincentis est depo-  
nendus. & ab Ecclesiastica communione depellendus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Imola, Anania, Butr. Hostiens. Anch. Henric. Panorm. Guido Papæ, Viulan. in ratio-  
nali lib. 3. iuris Pontificiæ pag. 122. Alagona in compendio  
iuris Canon. pag. 408. remissive Casal. in annot. & Xi-  
men. in concord. p. 1. & 2. referrit ab Anton. Auguſt. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 8. cap. 1. & ead. collect. 1. sub  
tit. de arate. & qualit. cap. 2.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Re-  
buff. in præf. benef. tit. de reprobata beneficij vincentis  
impetratio. Cald. Pereira. de renouat. emphyt. q. 5. n. 3.  
remissive Nicol. Garc. de benef. p. 10. ca. 1. m. 4. l. &  
42. Ordin. Reg. Lufitan. lib. 2. tit. 13. in princip. vbi  
contra imprentantes beneficia vincentis alia pœna la-  
tæ sunt.

Vinis Sacerdotibus, &c.] Si tamen de illorum mor-  
te fama percrebruerat, excusatur à pœna imposta im-  
petrantibus beneficia vincentium, vt per Mafcard. de  
probat. concl. 1070. num. 2.

In gloss. Pellenzi 2. ibi, transiuit in rem indicatam.  
Vulgo notatur ad hoc quod sententia lata super be-  
neficio Ecclesiastico transit in rem indicatam, ita vt  
veritate comperta non possit postea retractari adin-  
star aliarum, ex reg. post rem indicatam, ff. de re indic.  
cum vulgaribus, sequuntur DD. hic, communis, vt per  
Felin. a num. 11. in cap. lator, de re indic. Cou. de Sponfa-  
lib. p. 2. cap. vti. man. 12. Socin. vbi limitat, reg. 449.  
Hippol. in præf. §. ordine, num. 8. pro quibus expendi

solet c. cum dilectus 32. in fine de electione. Sed contra-  
rium intendunt innocent. & alij relati per Felin. vbi  
supra, n. 14. ad fin. pro quibus maximè vrget, quod  
sententia in causa matrimonij carnis non ita in rem  
iudicatam transit, quin veritate in contrarium com-  
perta retractari valeat, d. c. lator. vbi addidi, igitur  
idem dicendum videtur in causa spiritualis matrimo-  
ni, quod inter Ecclesiam & beneficiatum contrahit  
ur, cap. quoniam. & vero, vero, si vero, ut lute non contest  
præfertim, quia sicut sententia iniusta in causa carna-  
lis matrimonij continet vitium per partes irremissibile  
& additis ad d. clator, ita etiam in causa beneficiali,  
cum non possint partes iustum titulum præstare in  
beneficio, quod absque canonica institutione obtineri  
nequit, reg. 2. lib. 7. Nec oppositum probat d. c. cum di-  
lectus, quia non agit de sententia diffinitiva super be-  
neficio, aut cœctione, sed de interlocutoria super æta-  
te, quam index ad diffinitivam vñque reuocare poterit,  
vt patet ex principio text. innta a gloss. ultim. Nec etiam  
aduferatur glossa hæc, quia licet probet sententiam in  
proposito transire in rem indicatam, non tamen dicit  
illam veritate postea comperta retractari non posse:  
obtinuit communis Doctorum explicatio utramque  
opinionem sub distinctione defendi posse, ita vt prior  
procedat respectu illius, qui per sententiam succubuit,  
is enim amplius super retractanda sententia non audi-  
tur, & obstat illi exceptio rei indicata: posterior vero  
procedat respectu victoris, cui per sententiam benefi-  
cium adjudicatur iniuste, siquidem contra hunc veri-  
tatem comperta superior agere potest, & sententiam priore  
retractare, text. qui sic communiter intelligi-  
tur, & summatur in cap. cum olim, de dolo, sicut ea agere  
poterit tertius, quia rei iudicate exceptio his personis  
non obstat cum quibus lis præcedens agitata non est,  
ex reg. l. 3. & l. 4. ff. de except. rei indic. ita distinguunt  
Abb. in c. euan Bertholdia n. 28. de re indic. & in d. c. cum  
olim. n. 6. Rot. decis. 17. de re indic. in antiqu. & alij, vt per  
Felin. vbi supra, Conar. d. loco. Sicul. qui communem  
tefatur, in c. ad audiencem, 2. n. 54. de rescript. cuius dif-  
ferentia ratio illa videtur, quod in priori membro  
respectu illius, qui succubuit, & in ipsius præiudicium  
sententia vitium remissibile est, ab eodem quippe,  
qui potuit absque peccato sententia parere, & pen-  
dente lite renuntiare iuri suo, argum. c. 2. ibi, renun-  
tiavit, de in integ. restit. c. 2. ibi, lite pendente cedant, vt  
lite pendente, communis, vt per Conar. vbi supr. n. 14.  
Boet. decis. 206. a. n. 2. id quod fecus est ex parte victo-  
ris, pro quo iniuste sententia proferatur, is etenim veri-  
tatis conscius non potest vti huicmodi sententia, &  
prætextu illius beneficium retinere, vel acquirere, in  
quo iustum titulum non habet, qui conuenit etiam  
expressis colligantibus, qui succubuit, licet sufficiat ad  
iustum excludendum, non sufficit, vt alijs iuste acqui-  
rat, vel retineat deficiente Canonica institutione,  
quam sententia non tribuit, sed declarat, l. sicut, & sed  
si. ff. si seruitus vendicetur, iuvat cap. olim, de rescript. &  
que ex illo notat gloss. ult. in c. 1. de eo, qui mittitur in 6.  
recepta communiter, vt per Felin. in d. cap. olim. n. 10.  
ac subinde in proposito non procedit æquiparatio, &  
argumentum de matrimonio carni ad spirituale pro-  
pter diversam rationem, cum in illo detur vitium irre-  
missibile ex vñaque parte, vt per Abb. d. n. 9. & præ-  
citos: & hinc est quod confessio partis, in causa be-  
neficiorum excludit confitentem, & sufficit vt contra  
illum sententia proferatur, text. innta gloss. verbo con-  
stituit, in cap. post electionem, infra. hoc tit. vbi DD. P. apol.  
n. 5. in cap. super eo, de eo qui cognovit consang. lecus tam-  
en est in matrimonio carni, d. cap. super eo.

S V M

## S V M M A R I V M .

- \* Beneficia non vacantia concedi, vel promitti non debent, & cum vacauerint concedenda sunt infra sex menses, quibus elapsis de Episcopo ad Capitulum, & e contrario, denum ad proximum superiorum deuolutur collatio.
- \* Beneficia Ecclesiastica nulla danda, aut promittenda antequam videntur.
- \* Prohibitions varia expectatiarum ad beneficia vacatura referuntur, &c. n.4.
- \* Officia temporalia ad promitti possint antequam vacent, ostenditur.
- \* Providebunt debent beneficia vacantia q; ad quos prouisio spectat infra sex menses, alias collatio deuolutur ad Superiorem, ut n.7.
- \* Papa statim quo lapsus est primum semestre concessum Ordinariis ad prouidendum de beneficiis vacantibus potest conferre.
- \* Beneficia deuoluta lapsi semestri concessio Ordinario ad conferendum, non dicuntur de novo vacare.

## C A P . Nulla, II.

## Ex Conc. Lateran.

- L** Ecclesiastica ministeria, & beneficia Ecclesia non tribuantur neque promittantur, antequam videntur, ne mors proximi desideretur, quia expectatio intra successionis etiam apud Gentiles fuit prohibita. Item si Episcopus debet conferre, & intra sex menses non confert, deuolutur collatio ad Capitulum, & si tamen que est negligens, ad Archiepskopum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabat. Bellam. Joan. Andri. Imol. Anan. Host. Butr. Anch. Henric. Panorm. Guid. Pap. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 122. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 408. remissione Ximen. in concord. p. 1. & 2. defumitur ex Concil. Lateran. sub Alex. III. c. 8. refertur ab Auton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 8. c. 2.
- \* Promittantur antequam videntur; &c.] Notatur ad hoc, quod nulla Ecclesiastica beneficia cuiquam dandas aut promittendas sunt, antequam videntur, ne desideretur quis mortem proximi videatur, vt per Flamin. de resign. lib. 6. q. 4. n. 104. Nicol. Garc. de benef. p. 1. o. 1. num. 1. Valer. Reginald. in praxi fori paument. lib. 30. tract. 3. num. 247. & corroborata nona dispositio Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 19. & faciunt dicta per me de offic. & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 72. & num. 3.
- \* Intelligo de inferioribus à Papa Prælatis, hi enim expectativas ad beneficia vacatūa principaliiter concedere non possunt pro modo, & varietate temporum; & prohibitorum de hac re loquuntur; quæ quidem prohibitions ad quatuor classes reducuntur. Prima prohibito fuit Alex. III in Concilio Lateran. de quo in hoc texti & per hac inducitur fuit, ne quis posset alteri prompte in iudicio certum beneficium alienius viuentis, & ita iuxta hanc primam prohibitionem si beneficium vacaturum certi hominis non esset, sed incerti, poterat ex ista causa promitti ex rei natura, & ad instar iuris Civilis, super incertorum hominum hereditatibus, de quo in l. 3. §. de illō pro socio, nam licet priora huius textus verba, ut potest vniuersalem negatiuam continentia, significare videantur agere de promissione cuiuslibet etiam incevi beneficij, tamen posteriora eius verba, ibi, mortera

proximi, & ibi, in cuius locum, &c. & insuper similitudo ibid. adducta de improbata futura successione certi hominis viuentis, iuxta legem ultimam, C. de patris, cum similibus, fati evincunt agere solum de certo beneficio, idque propter maiorem captandæ mortis alienæ occasionem, quæ in his terminis ab improbis periculis periculosis sumi poterat.

Ceterum quia occasio prædicta, maximè erescente hominum malitia, poterat, licet non tam probabilitate, adest, etiam ubi beneficium vacaturum in generali promittitur, inducta postmodum fuit secunda prohibito per Innoc. III. alterius Concilij Lateran. anterem, relata in cap. dilectiu. 19. ver. c. ego, de præbendis, ibi, & vacaturam expectare, &c. & in cap. accedens 14. hoc titulo, & per eam interdicta fuit promissio, & collatio beneficij vacaturi etiam in generali, interim tamen eo tempore alibi licebat vacaturum beneficium promittere sub ea forma, cum potuerat, vel cum facultas sese obtulerit, vt constat ex dicto cap. accedens, donec Bonifacius VIII. in c. 2. hoc titulo, lib. 6. ne etiam in hunc modum aperiretur via contra prædictum Concil. Lateran. & contra prædictum eius rationem, ac alias, quæ ab eodem Bonifacio VIII. ibid. exprimuntur, interdict hanc ultimam promittendi formam, & hæc fuit tertia prohibito.

Altera prohibito emanauit, per quam prohibitum fuit, ne aliqui particuliari concederent, vt resignaciones Beneficiorum, etiam liberas recipiat, & illa valeat idoneis etiam personis conferre, vt habeatur in cap. deliberatione, §. prohibemus, de offic. legati, lib. 6. limitando tamen in resignationibus, & collationibus ex causa permutationis, vt post alios resoluant ibid. Anch. n. 2. Franc. in princ. & Domin. n. 7. hanc tamen prohibitionem decisioni huic textus non subiecta ita tribuerit, vt existimes eam nouiter per illum induciam fuisse, licet enim utatur verbo, prohibemus, iuris noui aliquoquin inducitu, tamen aliud postulat materia, de qua ibi, utipore iam ante in effectu prohibita per text. in cap. constitutus 1. hoc tit. iunctis resolutionibus Doctorum ibid. maximè Panormitanus a n. 5. & glossa verbo circumque, in fine, in d. s. prohibemus, ubi Franc. a n. 2. & Domin. a n. 6.

Vtrum autem deciso huius texti procedat in officiis temporalibus, quæstio est innescanda, in qua breviter negative respondendum, illa enim posse Regem promittere in tempore, quo vacauerint, tenet Melch. Phæbos Lufstan. decisi. 2. quem refert parens meus in comment. ad Ordin. Regias Lufstan. lib. 2. tit. 9. & in fine, Didac. de Britto in suo responso pro Comite de Salinas, q. 1. n. 11. Stephan. Gratian. discept. foren. tom. 5. c. 8. 18. n. 38. non obstante opinione contraria Socii, quem refert, & sequitur Rebuff. tom. 2. ad leges Gallia, tit. vii. benefic. anti vacat. art. 1. glossa 2. ad med. dnm exequatur officia, & beneficia ad effectum, vt non possint impetrari ante vacationem. Et denam quod prohibito huius texti loquatur solum in beneficiis Ecclesiasticis, traditum Cabed. de patronat. Regis Coronæ, c. 1. 5. n. 15. & 29. Fr. Emman. quæst. Reg. tom. 1. art. 6. col. 3. post prime. quicquid alter tentat Valasc. cons. 108. n. 28. tom. 2.

Sed infra sex menses, &c.] Notatur ad hoc quod de beneficiis vacantibus prouidere debent ij, ad quos prouisio spectat, infra sex menses, vt per Aloys. Ricc. in praxi areæ, resol. 18. 4. num. 1. late Nicol. Garc. de benef. p. 10. c. 2. a princ. quos referto ego ipse de offic. & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 58. n. 1. vbi num. 2. amplio ad omnia beneficia, quamvis sint in Cathedralibus, & aliis Ecclesiis tam secularibus, quam regularibus constituta, & ad hospitalia, que conferuntur

# De Concessione Præbendæ, &c. Tit VIII. 83

vir in titulum beneficij. Vincent. Filliuc. tom. 3. tr. 4. 1.  
c. 4. n. 17. vbi ait quod hic text. habet locum in col-  
latione libera, non vero in necessaria.

Si autem Episcopus, &c.] Notatur ad hoc quod si  
Episcopus, vel is, ad quem spectat collatio, infra sex  
menses non disponerit, collatio deuolutur ad supe-  
riorem, ut per Rebuff. in praxi beneficij de deuolut. n. 7.  
Azor. inst. moral. p. 2. lib. 7. c. 27. Cald. Pereira resp. 3.  
pro Alfonso de Penharanda, n. 2. Erafsm. à Cochier de  
iurisdict. Ordin. in exemplis. p. 4. q. 3. o. n. 3. Nicol. Garc.  
d. p. 10. c. 3. n. 10. Zerol. in praxi Episc. p. 2. verbo benefi-  
cia. §. 2. in princ. vbi dicit pro maiori parte hodie ab  
Episcopo ad Archiepiscopum, & statim ad Papam fieri  
deuolutionem, & Mantic. decif. 26. o. n. 2. dicit deuolu-  
tionem debere probari gradatum de inferiori ad proximum  
superiorum per sex menses. In exemplis tamen  
immediate Papæ subiectis deuolutio fit immediate ad  
Papam, vel Legatum de latere, vt per multos, quos  
refer, & sequitur Erafsm. à Cochier d. q. 3. o. n. 5. & ego  
ipse alleg. 58. n. 14. Illud in præsentiarum aduentu-  
rum est, quod Papa statim quo lapsum est primum se-  
mestre potest prouidere, vt per Gonzal. ad reg. 8. Can-  
cel. §. 3. proœm. n. 5. & beneficia denulta lapsu semestri  
concello Ordinario ad conferendum, non dicuntur de  
nono vacare, idem Gonzal. gloss. 1. 5. §. 2. n. 20. & 2. 1. vbi  
gloss. 2. 4. n. 8. querit si Cardinalis collator non con-  
sult beneficium, quod vacavit in mense alias Apost.  
infra sex menses, ita quod locus sit deuolutioni ad  
superiorem, iuxta text. in presenti, an tunc potest conferre  
Archiepiscopus, qui Cardinalis non est, seu alius, ad  
quem de iure competit deuolutio, an vero solus Papa,  
tanquam beneficium reseruatum, itavt Archiepisco-  
pus, aut alius, cuius manus ligat reseruatio, reg. 8. alias  
9. conferri non potest; vide apud eum.

## CAP. Relatum. III.

### Alex. III.

Beneficium vacans est conferendum, non obstante  
appellatione illius, cui beneficium promissum fuit  
antequam vacaret. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu.  
Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Imola. Anania,  
But. Holtiens. Anch. Panorm. Guido Papæ. Viuan. in  
rationali lib. 3. iuris Pontificis. pag. 123. Alagona in com-  
pendio iuris Canon. pag. 409. remissiuè Ximen. in con-  
cord. p. 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret.  
lib. 2. sub tit. de appellat. cap. 39. & est post Concil.  
Lateran. p. 29. c. 6.

2. In gloss. Appellationis, ibi, quia ex tali promissione  
nihil iuris acquiritur, &c. Quamvis enim ordinarius  
collator, vel patronus in habitu habeat ius presentan-  
di illud tamen non habet in actu nisi a tempore vaca-  
tionis, Duen. reg. 279. & ideo promissio facta per pa-  
tronum de beneficio vacatu, per mortem beneficiarij non conualescit. Cald. Pereira de potest. nomin.  
c. 10. n. 1. quem refero ego ipse de offici. & potest. Episc.  
p. 3. alleg. 7. 2. n. 6.

- 5 Mens & ratio statuentium in re scriptis attendenda.  
6 Princeps super iure positivo dispensat.  
7 Beneficiarius postquam per sententiam fuerit prima-  
tus fructus postea perceptos non facit suos.

## CAP. Proposit. IV.

### Innoc. III.

Papa quando mandat vt prima vacatura Præbenda  
cum Canoniciatu detur alicui, & assignat execu-  
torem, qui præsentat literas collatori, beneficium in-  
telligitur ita affectum, quod si vacet & alteri confer-  
atur, collatio sit annullanda, & sic tanquam adhuc vâ-  
cans conferendum est nominato à Papa, qui cum sit  
Iupra ius, potest contra illud dispensare. Colligunt ex  
Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan.  
Andr. Imola. Anan. But. Holt. Anch. Henric. Panorm.  
Guido Papæ. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 124.  
Alagona in compend. iuris Canon. pag. 409. remissiuè  
Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August.  
collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 8. c. 1.

In Ecclesia vestra proximo vacatura, &c.] Notatur  
ad hoc quod Papa ad vacaturam beneficia ius tribuit, vt  
per Nicol. Garc. de benefic. p. 10. c. 1. n. 3. Potest enim ad  
beneficia vacatura expectativa liceat concedere, vt  
probat text. in c. 2. de prob. lib. 6. vbi Franch. n. 1. & 6.  
Domin. n. 2. Dec. in c. ex parte in 1. num. 1. de off. deleg.  
Prob. ad Monach. in c. 3. n. 3. cod. rit. lib. 6. Palat. in intro-  
duct. rubr. de donat. inter virum, & exor. a n. 7. Nauat. in  
c. 5. quando prel. 2. à n. 4. de rescript. Rebuff. in concord.  
titul. de mandatis Apost. §. 1. sub verbo Romanus Pont.  
Cabet. de patronat. Regia Corone. c. 15. n. 6. Mandof. de  
signature gratia. tit. regressus, & accessus, pag. vlt. vers.  
non tam. & rit. coadiutoria. vers. si tamen Papa, & iuris  
expectativa in prime. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 6. c. 32.  
vers. Verum enim. Secundus autem est in inferioribus Præ-  
lati, vt dixi ad c. 2. sup. hoc tit.

Per annum inveniunt. ] Notatur ad hoc quod inue-  
nitur, vox dicitur comprehendens quamlibet pos-  
sessionem, non solum si iure feudi, sed etiam elecio-  
nis, vel simili apprehendatur, vt per Menoch. conf. 2.  
num. 269.

Intentionis nostra non sit, &c.] Notatur ad hoc quod  
in re scriptis statuentium mens, & ratio inspicienda,  
vt per Tiraq. in 1. si unquam, verbo libertis, n. 55.

Supra iure dispensare. ] Notatur ad hoc quod Prin-  
ceps super iure positivo dispensat, vt per Cotar. lib. 3.  
var. c. 6. n. 1. vers. secundo. Menoch. conf. 1. §. 7. num. 1. 2. Et  
Papa in omnibus legibus, & statutis Conciliorum  
etiam generalium dispensare potest, Sayr. in clavi Re-  
gia. lib. 3. c. 10. n. 10.

In gloss. Vacare, ibi, quod per sententiam statim perdi-  
tur dominum. Notatur ad hoc quod postquam benefi-  
ciarius per sententiam fuerit priuatus, fructus postea  
perceptos non facit suos, quia iam non habet titulum  
Canonicum, sed magis beneficium videtur vacare, vt  
per D. Barb. in diuotio. §. fin. p. 1. n. 49. ff. soluto marim.

## S V M M A R I V M.

1. Præbenda afficitur per presentationem mandati, dato  
executore ad prouidendum, ita quod collatio alteri  
facta non teneat.  
2. Papa ad vacaturam beneficia ius tribuit.  
3. Papa ad beneficia vacaturam expectativas liceat  
cedit.  
4. Verbum, investitura, quid significet, ostenditur.

- 1 Semestre ad eligendum, seu conferendum a iure pre-  
fixum non currit legitimè impedito, nec incipit cur-  
rere nisi à die notitiae vacationis.  
2 Corporis deformitas sive deformitate animi ostendit.  
3 Suspensus beneficia conferre non potest.  
4 Intrusus dicitur, qui spreta superioris autoritate be-  
neficij possessionem innudit.

5 Dona

## 84 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

- 3 Donationem exercet collator, &c. num 6.  
 7 Confirmatio, que in forma communi expeditur, non validat id, quod ex se nullum est.  
 8 Culpa ad casum non ordinata considerabilis non est.  
 9 Excommunicatio sua culpa non imputatur, quod non possit conferre, nec ei currit tempus sex mensium datum a iure ad beneficiorum collationem faciendam.  
 10 Excommunicatione durante non currit tempus patrone ad praesentandum.  
 11 Semestre tempus datum Ordinariis ad conferendum computari debet secundum Kalendarium, & de momento ad momentum.  
 12 Semestre tempus datum Ordinariis ad conferendum est a tempore vacationis numerandum, & currere incipit ab tempore, quo scire potuit, vel debuit Episcopus.  
 13 Confirmatio facit res maioris auctoritatis.

### C A P. Quia diuersitatem. V.

**T**empus sex mensium in vacatione beneficii pro collatione incipit a die noticie, non a die vacationis, nec currit quando collator est legitimè impeditus, puta si sit suspensus, non obstante confirmatione collationis aliqui a Sede Apost. facta in forma communii, secus si in forma speciali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Iml. Anan. Butr. Hof. Anch. Henric. Panorm. Guid. Papæ. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontific. pag. 124. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 409. remissione Caſial. in annos. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 8. c. 2.

**2** Diversitatem corporum sepe diversitas animorum offendit. ] Notatur ad hoc quod deformitas corporis sepe deformitatem animi ostendit, ut per Tiraq. ad l. 2. commun. gloss. 1. p. 2. n. 55. Elcob. de ratione. c. 32. n. 1. & in pulchro corpore sepe pulchra residet anima, ut dicebat Cyn. quem refert Alexand. conf. 2. 20. incipit Ponderatis. num. 10. vers. dictus vero iuuenis. lib. 6. Nam species corporis simulachrum est mentis, figuraque probitatis, Matth. de Fano de modo stendendi, c. 30. Thom. A. de Iudo seachoriarum, q. 5. n. 26. Cenall. communium contra communes, q. 248. n. 13. Vide alia quæ ad hoc propositum dixi de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 42. n. 2. cum seqq.

**3** Tempore suspensionis ipsius, &c. ] Notatur ad hoc quod suspensus beneficio conferre non potest, ut per Ant. Ricc. in tract. de iure perfonariorum extra gremium Ecclesie existet. lib. 4. c. 3. n. 7. vbi n. 8. cum Rebuff. in e. postulatis. mm. 16. vers. idem quando de cleric. excomm. ministr. extendit, ut procedat non solum quando suspensio est specifica a collatione beneficiorum, sed etiam si sit ab officio tantum, quia hoc sufficit ad hoc, ut impediatur tantum conferre.

**4** Prater eius auctoritatem se intrusurum. ] Notatur ad hoc quod intrusus dicitur, qui spreta superioris auctoritate beneficij possessionem innatid, ut per Camil. Borrell. in summa omnium decisionum, tit. 20. num. 8. 5.

**5** Ad donationem eius spectantes. ] Ergo donationem exercet collator, ut per Cosm. in pragmat. sanction. tir. de collat. fol. 1. 35. Cald. Pereira de potest. eligendi, c. 6. n. 14.

**6** Ad eas resignandas mōtione, &c. ] Ergo coguntur ad resignandum præbendas, qui tempore suspensionis Archiepiscopi Eboracen. & postea absque eius auctoritate se intrusurum in illis, ut per Flamin. de resign. benef. lib. 3. q. 18. n. 36.

Sub forma communii, que confirmat, &c.] Notatur ad hoc quod confirmatio, que in forma communi expeditur, non validat id, quod ex se nullum est, sed solum auctui valido robur praefat, ut per Molin. de primog. lib. 2. c. 7. n. 7. Card. Tufch. son. 2. lit. C. concl. 703. Cabed. Lufst. decisi. 1. n. 4. p. 2.

Vt tempus suspensionis in sex mensibus, &c. ] Ergo culpa ad casum non ordinata considerabilis non est, ut per Menoch. de arbitr. casu 18. n. 39.

Et si fuerit sua culpa suspensus, &c. ] Notatur ad hoc quod excommunicatione sua culpa non imputatur, quod non possit conferre, nec ei currit tempus sex mensium datum a iure ad beneficiorum collationem faciendam, ut per Roch. de irreparon. verbo competens. n. 23. Couar. in Clem. si furiosus, p. 3. in princ. n. 4. Perez ad tit. 3. in princ. lib. 8. Ordin. pag. 205. qui etiam tenet decisionem huius text. procedere in impedimento iuris, in quo tollendo nulla fuit culpa, vel negligentia, & culpa in causa huius text. minimè imputatur ad eventum postea sequutum, quia ea fuit admodum remota, & mediata.

Amplia, ut durante excommunicatione patrono non currat tempus ad praesentandum, sicut non currit liberu collatori, Rot. in Placentina Parochialis de Malpartida 23. Iunior. 1615. coram Card. Verospio. Nec refert si dicatur, quod impedimentum prouenientis ab excommunicatione regulariter procedit ex culpa excommunicati, quo casu non soler excusare, l. 2. v. 1. ff. si quis casu. cum aliis per Tiraquell. de retratu lig. 5. 35. gloss. 4. n. 28. quia responderet, quod obiectum bene procedit, quando culpa est ordinata ad impedimentum, secus quando non est ad illud ordinata, ut declarant Butr. hic n. 17. ver. & alij dicunt. Anch. n. 15. ver. Com. postellanus. Abb. n. 11. & 13. subdene quod ad istum effectum requiritur, quod culpa sit causa immediatae impedimenti, Surd. decisi. 26. 2. n. 6. & 16. Colliguntur haec ex Anton. Ricc. d. lib. 4. c. 4. n. 11. vbi n. 12. ampliationem huiusmodi limitat, quando excommunicatus est in mora petendi abfutioinem. Et quod tempus non currat impedito, tradunt Doctores per me citati in tract. Axiom. iuris usq. freq. Axiom. 116. n. 1. quibus addo Salgado de proœct. Regia tom. 1. p. 2. c. 13. num. 25. & quod impeditus non dicitur negligens. Staphil. de literis gratia expedit. tit. de variis modis. Salgad. d. c. 13. n. 25. Qualia autem dicantur legitimi impedimenta, vide Mascal. de probat. concl. 384. Menoch. de arbitr. casu 118. Paril. de resign. lib. 11. q. 13.

Semestre autem tempus. ] Quod computari debet secundum Kalendarium, & secundum quod mensis ocurrunt, & iacent per totum circulum anni, & quod deficit de primo mense, accipiendo est de ultimo, ita gloss. verbo mensem in e. quam sit, de elect. lib. 6. Sanch. de Marim. lib. 2. diff. 2. 4. n. 15. Nicol. Garc. de benef. p. 10. c. 2. n. 42. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 11. n. 7. & 8. quos referto ego ipse de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 3. n. 9. Quæ quidem computari de momento ad momentum est facienda, idem Garc. d. c. 2. n. 43. unde Rota in una Ciuitatis Castellane 18. Inv. 1557. coram D. Quiroga censuit in sex mensibus datis Ordinariis ad conferendum computari diem termini, referto ego ipse d. alleg. 5. 8. n. 5.

Sed notitiae ipsius, &c. ] Notatur ad hoc quod tempus sex mensium datum ad conferendum, est a tempore scientia vacationis numerandum, ut per Tiraq. de retratu lig. 5. 35. gloss. 4. n. 28. Zerol. in prax. Episc. p. 1. verbo inspatronatus, §. 8. dub. 1. Azor. insit. moral. part. 2. lib. 6. c. 16. quæst. 10. Cald. Pereira de renouat. empoly. q. 6. num. 24. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 6. num. 152. Nicol. Garc. d. c. 2. num. 15. & 27. Flores de

Mena

# De Concessione Præbendæ, &c. Tit. VIII. 85

Mena var. lib. 1. q. 2. n. 6. Aloys. Ricc. in praxi aurea refol. 184. n. 1. Card. Caualer. decif. 489. n. 1. Rota apud Seraph. decif. 702. tenuit tempus sex mensum datum Ordinatis ad conferendum parochiales ad eorum collationem spectantes per Bullam Pij V. que dicit à die vacationis, intelligi à die vacationis nota, & decif. 380. codem modo censuit tempus quatuor mensum concessum. Ordinariis ad collationem faciendam de beneficiis curam animatum habentibus, alias Sedi Apost. referuntur, non currere nisi à die notitiae vacationis habita. Quod quidem semestre tempus cuncte incipit ab eo tempore, quo seire potuit, vel debet Episcopus Rot. Apud Farinac. decif. 323. n. 1. p. 1. in recent. & apud Nicol. Garc. d. c. 2. n. 28. & 29. considerata per iudicem beneficij qualitate, vacationis modo, & temporis illius longitudine, ac distantiâ locorum, Seraph. d. decif. 380. n. 4. Nicol. Garc. d. c. 2. n. 31. Aloys. Ricc. d. refol. 184. n. 2. & vide per me tradita d. alleg. 58. n. 5. & 6. In dubio autem quoad hunc effectum, non presumitur scientia, sed ignorantia, Mohed. decif. 4. n. 2. de probat. Caualer. decif. 489. n. 3.

- 13 In gloss. Forma, ibi, per confirmationem sit maioris auctoritatis. Notatur ad hoc, quod per confirmationem sit res maioris auctoritatis, ut per Bernard. Græua. ad praticam Camera Imper. lib. 1. concl. 1. n. 5.
- 14 In gloss. Prater, ibi, item argumentum est hic, &c. Notatur ad hoc, quod si decedat Clericus habens bona patrimonialia sine herede, ex testamento, vel ab intestato, non succedit fiscus Papa, sed eius Episcopus pro sua Camera, lib. per Perez l. 2. t. 19. lib. 8. Ordin. pag. 372. Petegrin. de iure fisci, lib. 1. tit. de iis, qui iuris fiscalia habent, n. 4. Bobadil. in sua politica, lib. 2. c. 17. num. 119.

## S V M M A R I V M .

- 1 Litera ad beneficium impetrata, que de alterius colorata facti possessione non faciunt mentionem, inutilide sunt.
- 2 Possessio colorata alterius narranda est, si quis eam in beneficio obtinet.
- 3 Beneficium de facto vacare non dicitur, interim quod non dimittitur possessio primi beneficij vacantis ipso iure per affectionem secundi.
- 4 Possessio plus habet facti, quam iuris.

## C A P . Cùm nostris. VI.

Beneficium quando vacat de iure, & non de facto, B. v. g. si dignitas conferatur Episcopo, & aliquis impetrat litteras, ut sibi conferatur, non faciendo mentionem, quod de facto non vacet, litera dicuntur subreptitiae, nec valent, quia non faciunt mentionem de colorata possessione; compellitur tamen Episcopus relinqueri dignitatem, nisi monstretur dispensationem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imola, Anania, Butr. Hof. Anch. Henric. Panorm. Viu. in rationali libri tertii iuris Pontificij, pag. 124. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 410. remissiu Catal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. referrut ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 8. c. 3.

- 2 Eo quod per falsi, &c. ] Notatur ad hoc quod narranda est alterius colorata possessio, si quis eam in beneficio obtinet, ut per Menoch. de arbitr. casu 201. n. 139. latè Nicol. Garc. de benefic. p. 10. c. 1. n. 48. vbi n. 49. limitat in prouisione facta Motu proprio, qui ex Barof. Collect. Tom. I.

cludit subreptionem, & n. 51. limitat etiam, vt non procedat in possessione beneficij generaliter, vel specialiter reservati ex prouisione inferioris à Papa. Quare Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 1. n. 64. & 65. bene adpertit in terminis huius text. non fuisse declaratam gratiam subreptitiam, ex eo quod verè beneficium non vacaret, vacando de iure, sed quia non fuit facta mentio de possessione, seu detentio alterius de facto, qua taciturnitas poterat forsan retrahere Papam, vel latenter tardiorum, & difficiliorem reddere super concessionem dicta gratia.

Cum propositura illa non vacaret de facto. ] Notatur ad hoc quod quamvis primum beneficium vacet ipso iure per affectionem secundi, quandiu tamen non dimittitur illius possessio, sed potius continuatur ab eodem, qui secundum beneficium fuit aequalitus, tunc non dicitur vacare de facto, quia de facto est semper occupatum, ut per Gonzal. d. §. 1. n. 4.

Possessio plus habet facti, quam iuris. ] Ergo in possessione factum est principalius, quod expresse tenent Cuiac. ad l. denique 19. col. 55. ff. ex quibus causis maiores, & Anton. Fab. in rationali ad eand. l. lit. D. pag. mibi 693. 8. mouentur, quia in quolibet composite illud semper praecipuum, & principalius censetur, quod magis praevalit, & principalius operatur. l. queritur, ff. de statu hominum, notant nostri in cap. quad in dubiis, de consecrat. Ecclesiæ, factum autem, id est, insufficiencia rei principalius videtur operari, iuri verò concurrendo solum concomitante, coadiuvando scilicet, & foyendo factum illud. Verum constat aliquando non semper factum principalius operari in possessione, sed ius, ex l. possessio 49. ibi, plurimum ex iure mutatur, ff. de acquir. possess. quare gloss. hic verbo plus habet facti, & gloss. 1. in reg. sine possessione, de regulis iuris in 6. (quas receptas communiter testantur Couartuu. in reg. possessor, part. 2. in initio. num. 3. & §. 1. num. 6. Anton. Gom. l. 45. Tauri, à num. 17. Philip. de fictionibus, part. 1. cap. 5. Medic. de definit. p. 2. defin. 6. 7. num. 8. Matieni. l. 8. gloss. 1. num. 8. tit. 7. lib. 5. noua recipil. ) constituent, & distinguunt triplicem, aut quadruplicem possessionis modum, aliam enim esse inquirent, quæ plurimum habet facti, & parum iuris, aliam, quæ plurimum habet iuris, & minimum facti, aliam, quæ plurimum habet iuris, & facti, aliam, quæ plurimum habet iuris, nihil facti, & fuit doctrina Bart. in l. si is, qui pro empore, à num. 10. ff. de usucap. quem alij ibi sequuntur communiter, teste Ias. num. 2. Crot. num. 3. Petr. Greg. syntag. iuris lib. 1. cap. 13. num. 5. Peregr. variar. lib. 3. num. 16. explicantes possessionem, quæ habet plurimum facti, esse illam, quam quisque per seipsum acquirit, & retinet, vt in hoc text. & in d. l. denique, ac subinde inferunt postliminio non contineri. Possessio, quæ habet plurimum iuris, & minimum facti, est illa, quæ per seruum, vel filium fam. ex causa peculiari ignorantie acquiratur, iuxta text. in l. 1. §. item acquirimus, & in l. quod seruus 14. cum aliis, ff. de acquir. possess. & in l. Labeo. ff. de usucap. & de hac agit text. in d. l. possessio, quæ probat quod possessio plurimum ex iure mutatur, & ideo inferunt postliminio contineri, iuxta text. in l. insto 44. §. vlt. ff. de usucap. Plurimum iuris, & facti habere dicitur possessio, quæ per procuratorem, vel aliam personam, vel etiam per filium ex causa non peculiari acquiritur, iuxta text. in l. 1. C. de acquir. possess. factum enim ibi repertur filij, vel serui, vel alterius personæ, multum etiam operatus iuris dispositio, vt indicant verba eiusdem l. 1. ibi, tam ratione utilitatis, quam iuris prudentie. Plurimum iuris, & nihil facti eam habere inquit, quæ legis ministeri transfertur, absque facto eius, cui acquiritur,

H. v

ARBOSA  
In Ius Can.  
10. 2. 3.

IVI  
18

## 86 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

ut in constituto, iuxta l. quod meo, in princ. si de acquir. possess. & in pluribus aliis casibus, quos late prosequitur Rebuff. in praxi, tit. de materiis possess. Gilchen. de prescript. p. 2. memb. 3. c. 11. cum seqq. Peregr. var. lib. 4. fere per totum.

In gloss. Non vacaret de facto, ibi, sed non est ita. Notatur ad hoc quod de rescripto, seu commissione nulla necessariâ facienda est mentio, ut per Cald. Pereira de potest. elig. c. 5. n. 12.

### S V M M A R I V M.

- 2 Beneficium ubi confiterit collatum finisse per habentem potestiam, non debet possesso per exceptionem abusuram, & remunerationis retardari.
- 2 Beneficij collatio est quedam liberalis donatio.
- 3 Capituli appellatione non comprehenditur caput principale ipsum, nisi specialiter nominetur.
- 4 Episcopus extra propriam diocesim iurisdictionem voluntariam exercere, & beneficiorum collationem facere potest.

### Cap. Post electionem. VII.

**D**ignitas, quae re vera non vacat, non potest alteri conferri, & eius possessor illi, qui habet beneficium, non debet retardari praetextu exceptionis, quod abiurauerit, vel renuntianerit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Holt. Anchur. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 125. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 140. remissiæ Ximen. in concord. part. 1. & Casal. in annot. referunt ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 8. cap. 4.

Notari solet hic text. ad hoc quod in beneficialeibus datur multiplicatio titulorum, ut per Abb. in presenti, num. 4. Rota in Muinen. plebis seu iuris patron. 27. Junij 1625. coram Revereindis. D. meo Coccino Decano, & ratione illorum potest quis se defendere, licet ex utroque titulo non possit agere, ut in c. ut quis duas, de elect. lib. 6. ut bene declarat Abb. n. 4. Lap. alleg. 132. n. 2. Roman. cons. 4. 3. 3. num. 7. Felin. in c. in nostra. n. 2. de rescript. Dec. in c. bona. n. 11. de appell. ad idem est text. in c. constitutus, il. 1. de testib. & in c. ex literis. de rescript. in integr. Caslā. decif. 2. 1. super reg. & secundum Felin. in c. in nostra, n. 2. vers. intellige, de rescript. hic text. habet locum in gratiis diversis, non autem in contrariis, quia ad effectum ut intret illius dispositio, sufficit quod duplex titulus tendat ad eundem effectum, scilicet ad collationem beneficii, secus si ad diversos, seu contrarios effectus in eadem persona, Roman. cons. 3. 50. n. 1. 3. vers. quoad secundum, vbi quod habens titulum in beneficio conferentem ius in re, si postea imperat commendam, definit habere illum primum titulum conferentem ius in re, quia titulus commenda non est illi conformis quoad effectum cum conferat solum detentionem, & different effectu aliter in multis, & in istis terminis tituli dicuntur contrarij, sequentes Felin. in d. c. in nostra, num. 2. vers. secundo intellige, Selua de benefic. in part. 3. quæst. 2. o. col. pen. vers. Istud est limitandum, optimè Rot. in d. Matinen. plebis.

**P**ropria liberalitate.] Ergo collatio beneficii est quædam liberalis donatio, ut per Valer. Reginald. in praxi fori patr. lib. 30. tract. 3. n. 2. 46. vers. secundo, & alios citatos ad c. quia diversitatem 3. super verba, ad donationem eius spectant, sup. hoc ist.

De Decano memio, &c. ] Notatur ad hoc quod appellatione Capituli non comprehenditur caput principale ipsum, nisi specialiter nominetur, ut per Rebuff. in tract. nominat. q. 8. n. 33.

Eboracen. Archiepisc. &c. ] Notatur ad hoc quod 4 Episcopus extra propriam diocesim iurisdictionem voluntariam exercere, & beneficij collationem facere potest, ut per Couar. lib. 3. variacion. c. 2. o. n. 8. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 6. n. 2. Stephan. Gratian. discept. foren. c. 1. 27.

### S V M M A R I V M.

- 1 Recepto in Canonicum tenetur Capitulum prouidere, quam citò se facultas obtulerit.
- 2 Maioratus iuria possesse an sequens petere possit, si declaretur morte illius maioratum ad se pertinere.
- 3 Canonia non debet esse sine Præbenda, vbi in Ecclesia extant Præbenda.
- 4 Tit. pitidinem suam allegans nemo est audiendus.

### Cap. Cum super. VIII.

**R**ecepto in Canonicum tenetur Capitulum prouidere quam citò se facultas obtulerit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Holt. Anchur. Panorm. Guido Papæ, Cened. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 126. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 41. remissiæ Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 8. c. 5.

**V**t ibi quam citò se facultas, &c. ] Quia ad ius futurum ex presenti obligatione sine causa quis agere non potest, id est Canonicus, de quo in hoc text. petuit ut quam citò se facultas obtulerit. Præbendale beneficium in Tridentina Ecclesia sibi conferant, quia iam Præbenda vacaverat, & alteri fuerat collata, vnde ne in posterum illudetur in iste petuit, ut sibi adjudicaretur proxima vacatura, quandoque legitime erat electus in Canonicum, ita Cened. ad Decret. collect. 10. n. 3. vnde num. 2. arguit ad questionem illam, an iure possesso maioratus sequens possit petere, ut declaretur morte illius maioratum ad se pertinere: in qua negativa pars prior est, nisi possessor viuis in aliis transferat, vel dissipet bona maioratus, pro cuius tam questionis decisione, vide Greg. l. 1. verbo en el tempore, tit. 2. p. 3. Pinel. in l. 1. C. de bonis mater. p. 3. n. 78. Xuar. alleg. 4. Ant. Gom. l. 40. Tauri. num. 79. Thefaur. Pedem. decif. 151. Molin. de primis. lib. 1. c. 16. & lib. 3. c. 14. Sarmien. select. lib. 1. c. 2. & lib. 7. c. 6. Pelacæz de maior in initio p. 2. ex n. 6. 4. & p. 4. 9. 34. ex n. 1. Spin. in speculo restam. gloss. 19. n. 66. Anton. de Padil. in l. 1. C. de fiducia commiss. ex num. 30. Perez l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordinam. p. 591. Gam. L. 1. 1. decif. 6. n. 6. & decif. 20. 2. n. 3. Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 47. n. 1. 3. cum seqq. Gutier. cons. 1. 3. n. 1. Molina de iustit. tract. 2. disf. 6. 39. Valaf. confut. 18. 4. num. 19. cum seqq. D. Barbola in l. non potest videri, n. 1. 6. cum seqq. ff. de iudic.

**N**on debent carere Præbenda.] Notatur ad hoc quod 3 Canonia non debet esse sine Præbenda, vbi in Ecclesia extant Præbenda, ut per Rot. decif. 3. 3. de rescript. in nouis. Franc. Marc. Delphin. decif. 1. 27. 2. num. 1. p. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. g. off. 5. §. 1. 2. 16. & 17. Monet. de disf. quæst. 1. 1. 9. 1. n. 3. vbi man. seq. in quo differat Canonia à Præbenda.

**I**n gloss. Posse, ibi, in pitidinem suam, &c. Notatur ad hoc quod 4 in pitidinem suam allegans nemo est audierit.

# De Concessione Præbendæ, &c. Tit. VIII. 87

audiendus, ad quod plures Doctores citæ Cened. d. collect. 10. n. 4. quibus adde Snd. decif. 19. num. 6. & deif. 309. n. 16. Thom. de Thoma. in florib. legum reg. 32. Rota apud Farin. decif. 66. 5. num. 12. p. 1. recent. Marc. Anton. var. resol. lib. 2. resol. 1. num. 25. Bellet. disquæst. cleric. p. 1. de disciplina clericali. §. 3. n. 12. Cardof. in prædict. indicium. seruo allegatio. n. 5. Franc. Molin. de ritu mptiarum. lib. 1. c. 1. 3. n. 15. cum quibus multipliciter declarabis.

In glof. Carere præbenda, ibi. Papa noluit, quod illi darentur distributiones, &c. An & quando Canonicus receperit ultra numerum dum præbenda non vacat, habeat distributiones quotidianas, vocem in Capitulo, & alia iura Canonice, vide Abb. in c. c. M. ex n. 29. de constit. vbi Dec. ex n. 132. Rip. ex n. 186. & Felin. n. 12. Corlet. fng. 315. vers. supermonasterius. Bernard. leg. 68. Staphil. de gratiis & expectat. in 1. forma, ex n. 7. Paun. de offic. & postf. Capit. Sede vacante, pral. 5. n. 15. Hoied. de incompatibil. benefic. p. 1. c. 12. ex n. 6. Rebuff. in concord. tit. de reservat. §. fin. vers. ultimò non habebit, pag. 250. latè Monet. de distribut. quæsid. p. 2. q. 1. ex n. 4. & maximè n. 12.

## S V M M A R I V M.

1. Præbendam unam habens in Ecclesia, & aliam obtinens, utramque retinens, vacat prima de iure, licet non de facto.
2. Episcopus non potest dispensare, vt quis in eadem Ecclesia duo simplicia beneficia similia obtinere possit.
3. Beneficia duo dissimilia sub eodem teatro potest quis obtinere, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem prouisi.
4. Dicitio, statim, latè denotat sententiam.
5. Beneficium vacare de facto non dicuntur quandiu non dimittitur posse primo beneficij vacantis ipso iure per adoptionem secundi.
6. Canonicum habens in certa Ecclesia, si in eadem consequatur aliud, non potest resignare primum favorem, quia vacat ipso iure.
7. Dispensare non censemur inferiores, nisi se dispensare exprimant.

## C A P. Literas. IX.

PRæbendam unam habens in Ecclesia, & aliam obtinens, utramque retinens, vacat prima de iure, licet non de facto. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Panorm. Guid. Papa. Viuijan. in ration. lib. 3. iuris Pontific. pag. 126. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 411. remissivè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 18. c. 6.

2. De communis Canonorum confirmavit assensu. Notatur ad hoc quod Episcopus non potest dispensare, vt quis in eadem Ecclesia duo simplicia beneficia similia obtinere possit, vt per Abb. hic n. 3. & 6. Flamin. de risp. benefic. lib. 3. q. 1. n. 12. Azor. in fit. moral. p. 2. lib. 3. c. 50. q. 6. vers. sed dubia, & lib. 6. c. 11. q. 4. Nicol. Gote de benef. p. 11. c. 5. n. 18. 5. quos refero Ego ipse de officiis. & postf. Episcop. p. 3. alleg. 6. 1. n. 12. Circa tamen beneficia dissimilia facit Congregat. censuit posse quem obtinere duo dissimilia sub eodem teatro, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem prouisi, propterea idonei testes sunt Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 2. c. 8. n. 55. Nicol. Garc. d. 5. Barbol. Collect. Tom. II.

n. 377. Armand. in addit. ad recopilar. legum Navarre, lib. 4. tit. 7. l. 2. de benef. incompatib. n. 8.

Statim. [Ergo haec dicitio latam denotat sententiam, 4 vt per Sayt. in clavi Regia, lib. 3. c. 8. n. 27.]

Eisti non de facto, &c. ] Notatur ad hoc, quod quamvis primam beneficium vacet ipso iure per affectionem secundi, quandiu tamen non dimittitur illius possessio, non dicitur vacare de facto, vt per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glof. 15. §. 1. n. 4.

Vnde illam sine facultate resignet, &c. ] Notatur ad hoc, quod habens Canonicum in tali Ecclesia, si in eadem consequatur aliud Canonicum, non potest resignare primum in favorem, quia vacat ipso iure per adoptionem secundi, vt per Abb. hic n. 2. & 4. Hoied. de incompatibil. benef. p. 1. c. 11. n. 12. Flamin. d. lib. 3. q. 1. n. 106. Hinc etiam inseritur obtinentem beneficium simplex in tali Ecclesia, si simile beneficium consequatur in eadem, non posse resignare primum in favorem, cum vacet ipso iure per adoptionem secundi sub eodem teatro, Hoied. d. p. 1. c. 20. n. 26. Lambertin. de iure patron. lib. 2. in 1. p. 8. q. princ. in 15. art. n. 1. cum seqq. Flamin. d. q. 1. n. 12. vbi n. 124. quod non valet confutando, vt quis obtineat plura beneficia in eadem Ecclesia, & n. 125. quod dispensatus ad duo beneficia nequamque confundatur dispensatus, vt illa habeat in eadem Ecclesia, nisi expresse fuerit dictum, etiamsi sine simplicitate.

In glof. Vacare no[n] cari, vlt. libi, quia semper est necessarium, vt dispensatio exprimatur. Notatur ad hoc quod inferiores non censemur dispensare, quamvis causa cognitione præmittant, nisi dispensare exprimant, non enim censemur absoluere excommunicatum, nisi verbis absolutionis vtantur, quamvis illum scienter ad diuinam admittant. ita Rebuff. in prædict. benefic. tit. de dispensar. super defectu natalium, num. 9. Sanch. de matrimon. lib. 8. diff. 4. n. 16. & limita in foro externo secundum Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. q. 13. art. 16.

## S V M M A R I V M.

1. Vacatio Præbendarum, seu Canonicum in Ecclesiis non numeratis, possibilis non est, nec sit ibi devolutio ad superiorum ex negligencia semestris, in non proutendo Ecclesia de ministris.
2. Canonicum in Ecclesia maneris, & distinctio qualis.
3. Beneficia Ecclesiæ non numeratae sint verè beneficia.
4. Sementia non irritat causa una vera, & una falsa.

## C A P. Ex parte. X.

IN Ecclesiis, in quibus non est certus numerus Canonicorum, nec sunt certa Præbenda, non haberet locum Concil. Lateran. quod elapsi semestris devolnatur electio ad superiorum, sed illarum Ecclesiæ est conferuanda confutando. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Henric. Anch. Panorm. Viuijan. in ration. lib. 3. iuris Pontific. pag. 127. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 411. remissivè Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 8. c. 7.

Non erant distincta Præbenda, &c. ] Adverte quod in Ecclesiis aliquando nulla est distinctio, numerus vel Præbendarum, nec certus numerus Canonicorum, vt in casu huius text. & c. dilecto, & c. vacante, de præbend. aliquando est certus numerus Canonicum, seu Canonicorum, sed nullus numerus, nec distinctio

¶ 2. Præbenda

## 88 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

Præbendarum, ut in c. fin. §. si autem hoc tit. lib. 6. quandoque vero non solum certus est numerus Canonicanum, & Præbendarum, sed etiam ea Præbenda reliter, actualiter, & perpetuo sunt inter se distinctæ, ita ut non sit unum beneficium Ecclesiasticum, sed dos viius actualiter, & omnino distinctæ sit à dote alterius, iuxta textum c. literas, hoc tit. & in Clem. fin. de præbend. Nonnunquam est certus numerus Canonicanum, & totidem etiam sunt Præbenda, sed ex distinctæ non sunt, imo bona sunt quad dominum Capitulum communis super quibus bonis; quasi in consulo absque actuallia aliqua distinctione institutus est numerus Præbendarum correspondens numero Canonicanum, quos omnes calus quoad consuetudinem optandi percurrit Moneta de optione Canonica, c. 2. q. 2. n. 16. & 17.

3. Notari solet hic text. ad hoc quod beneficia Ecclesiæ non numerata sunt verè beneficia Ecclesiastica, vt per Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 3. n. 2.

4. Nos igitur, &c. ] Notari ad hoc quod causa una falsa, & altera vera non irritat sententiam, vt per Tiraq. in tract. c. f. sante caufa, lin. 22. n. 6. & 13.

### S V M M A R I V M .

1. Conferendi potestatem habens potest de iure alteri tradere potestatem conferendi primum beneficium, quod vacabit.

2. Episcopus, qui potestatem conferendi dedit, poterit conferre ante Vicarium.

3. Episcopus singulari persone facultatem conferendi beneficia committere non potest, nec etiam ipsi Vicario de certo beneficio.

## C A P . Constitutus. XI.

1. H abens potestatem conferendi potest de iure illam dare alteri, qui si conferit, non potest primus eandem conferre; sed talis licentia non est dannata volenti facere fraudem contra ius. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Anch. Henric. Panorm. Guid. Papæ. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 127. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 411. remissiū Ximen. in concord. p. 1. & 2. referunt ab Anton. August. collect. 3. tit. 8. c. 8.

2. Et tu interim fratres Archiepiscopi, &c. ] Nota quod Episcopus, qui potestatem conferendi dedit, poterit conferre ante Vicarium, vt per Rebuff. in praxi benef. tit. de forma Vicariatus, num. 89. Azor. infit. moral. p. 2. lib. 3. c. 44. q. 12. vbi etiam quid dicendum si Episcopus, & Vicarius una die beneficium contulissent, refero ego ipse de officio, & potest. Episc. part. 3. alleg. 7. num. 65.

3. Quod gratiam continet singulararem, &c. ] Ergo singulariter non est conferendi potestas exprimenda, vt per Rebuff. d. tit. de forma Vicariatus, n. 5. & ideo Episcopus singulari persone facultatem conferendi beneficia committere non potest, nec etiam ipsi Vicario de certo beneficio, vt tenent Flamin. de resignat. lib. 7. quefi. vlt. n. 10. Sbroz. de officio Vicary, lib. 1. q. 5. 2. num. 4. & 25. latè Nicol. Garc. de benef. part. 10. c. 1. num. 9. Quamvis Episcopus possit committere Vicario suo, aut Officiali generali facultatem conferendi beneficia, vt per multis quo refero d. alleg. 54. n. 50. vbi num. 62. quod data Vicario specialiter facultate conferendi beneficia, non intelligunt concessa potestas conferendi ea beneficia, qua Episcopus iure spe-

ciali, aut priuilegio conferre potest, & num. 63, quod hæc facultas comprehendit qualibet beneficia etiam Ecclesiæ Cathedralis, & curam animarum habentia, erecta, & instituta ante commissionem, & n. 64. quod etiam extra diœcesim beneficia virtute huic commissionis conferre potest.

## C A P . Dilectus. XII.

E lectio Episcopi, vel Archiepiscopi, si non fiat in Elemestri, non deuoluunt ad alios, quia Concil. Lateran. intelligit de personatis, & minoribus beneficiis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Be. lam. Joan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Henric. Panorm. Guido Papæ. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 128. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 411. remissiū Ximen. in concord. p. 1. referunt ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 8. c. 9.

Ad Archiepiscopatum, vel Episcopatum non solet extendi, &c. ] Episcopalis enim dignitas sub ampliissimis verbis quorundamque beneficiorum in odiosis non venit, vt per gloss. verbo dignitatem, in c. 2. de præbend. lib. 6. Simonet de resusat. q. 11. Mandos. ad reg. 20. Cancell. 7. 8. & 9. Gamb. de officio legati. lib. 2. n. 41. cum seq. & lib. 4. n. 222. Bursat. conf. 28. n. 5. vol. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. in princip. n. 36.

## C A P . Ex tenore. XIII.

P romissio beneficij vacaturi non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Anch. Imol. Anan. Host. Henric. Panorm. Guid. Papæ. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 128. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 411. remissiū Ximen. in concord. p. 1. & 2. referunt ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 8. cap. 10.

Hanc eandem concludi ex hoc text. desumit Rebuff. in praxi benef. in præcon. concord. pag. mihi 510. & probant per me citati ad c. 2. sup. hoc tit. vbi eam late declarauit.

Dicitos Abbatem, & Monachos absolutis. Hinc 2 Melch. Phæbos Lusitanus decis. 27. referunt in supremo supplicationis Senatu decisum fuisse Abbates non posse concedere promissiones de officiis, & beneficiis annexis, & connexis suis Abbatis in tempus, quo vacauerint, quem citat parens mens in comment. ad Ordin. Regias Lusitan. lib. 1. tit. 98. in fin. n. 2.

## C A P . Accedens. XIV.

P rælatus si promittat prouidere de beneficio, quanto poterit, tenetur prouidere, quia hæc promissio non est de vacatu. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Host. Henric. Panorm. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 129. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 412. remissiū Ximen. in concord. p. 1. & 2. referunt ab Ant. August. collect. 4. Decret. lib. 3. tit. 3. c. 1.

Alium cum vacanti. ] An & quando promissio beneficij vacantis obliget, vide Roch. de irepatron. verbo honorificum. q. 36. Lambert. 2. p. 2. lib. 9. 7. art. 15. Nicol. Garc. de benef. p. 10. c. 1. à n. 31. & vide que dixi c. 2. sup. hoc tit.

S V M M A

# De Concessione Præbendæ, &c. Tit. VIII. 89

## S V M M A R I V M.

- 1 Conferendi potestas si ad Capitulum, & Prelatum, ut Prelatum pertinet, de uno ad alterum lapsus temporis non transit, scilicet si Prelatus interficitur Canonicus, quia tunc de Capitulo transit ad Prelatum, nisi dolos committat.
- 2 Præbendarum Ecclesiæ Cathedralis prouisio ad Episcopum, & Capitulum simul pertinet.
- 3 Collatio simultanea Episcopi, & Capituli dicitur quando Episcopus concurrit in collatione viri priuatus, seu tanquam Canonicus, & unus de Capitulo.
- 4 Potestas conferendi non devoluitur ad superiorem ex negligentia inferiorum, quando superior dolose procurauit illam negligentiam.

## C A P. Postulastis. X V.

**C**ollatio quando spectat ad Capitulum, & Episcopum, ut Episcopus est, si intra sex menses non fiat, devoluitur ad superiores. Si Episcopus ingrediatur non ut Prelatus, sed uti Canonicus, devoluitur ad ipsummet Episcopum, nisi dolosè impedit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Viu. in ratione lib. 3. iuris Pontificis pag. 123. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 412. remissiu. Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Auguſt. collect. 4. Decret. lib. 3. tit. 3. c. 2.

**A**d vos, & Archiepiscopum eftrum simul, &c.] Ergo prouisio præbendarum Ecclesiæ Cathedralis ad Episcopum, & Capitulum simul pertinet, vt per citatos ad e. cum Ecclesiæ Vulnerana 31. n. 4. sup. de elect. & latifissimè Nicol. Garc. de benef. p. 2. c. 4. n. 11. cum seqq. vbi num. 28. Cum Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 45. a. n. 1. quod Capitulum habet vnam vocem, & Episcopus aliam didimis, qui si in discordia contulerint, ita quod Capitulum, seu maior pars conferat vni, & Episcopus alteri, etiamsi ei accesserint aliqui Canonicæ, neutra collatio valet, & tunc si Papa stante huiusmodi discordia protideat tertio, eius prouisio erit bona, vt sapientius resolutum fuisset in Rota attestatur idem Nicol. Garc. d. c. 4. n. 34.

Vtrum autem & quando vox Episcopi, aut alterius Prelati tanta sit, quanta totius Capituli, optimè fuit disputatum in una Cesar Augustana electionis 20. Martij 1623. coram R. D. meo Coccino Decano, vbi fuit dictum opinionem Host. in hoc cap. postulastis, tenentis tantam esse vocem Episcopi, vel alterius Prelati quantam solius Capituli, habere locum, quando de iure speciali ius eligendi spectat ad Episcopum, & Capitulum simul, vel ad Prelatum, & Capitulum, non ita quando de iure communis elecção spectat ad Prelatum & Capitulum, quia tunc vox Prelati computatur pro vna voce, secundum Collect. in presenti, n. 5. Abb. n. 14. Imol. n. 15. verf. quod tanen an sit verum, Anch. n. 9. verf. contrarium determinat ipse Card. n. 5. Io. Andr. n. 10. & latifissimè in cap. pen. de appell. in 6. Federic. de Senis conf. 1. ex n. 7. Abb. conf. 37. n. 2. in fine, & n. 3. p. 2. & fuit resolutum in Placentina voti 26. Aprilis 1399. & 6. Novembri 1600. & 16 Decembri 1604: coram bonæ mem. Penia.

**N**isi forte Archiepiscopus, &c. Notatur ad hoc, quod dicitur collatio simultanea Episcopi, & Capituli, quando Episcopus concurrit in collatione vti priuatus, seu tanquam Canonicus, & unus de Capitulo, vt per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 45. n. 67.

Barbos. Collect. Tom. II.

Notatur etiam ad hoc, quod vbi negligentia, quara Prelatus ipse habuit, dum teneretur non ut Episcopus, sed vt quilibet alius cum ceteris Canonicis intra sex menses beneficium conferre, non nocet ei, vt tanquam ad Prelatum ob negligentiam ad ipsum conferendi potestas devoluitur, quia non fuit negligentia ut ipso fols, sed cum alii, quod efficit ut ad ipsam tanquam ad superiorem meritò devoluntio fiat, ita Domin. à S. Gemin. in cap. irrefragabilis 13. n. 2. & ibi Zabar. Host. & alij de officio ordin. Secus autem effet si electio, vel collatio à solo Episcopo tanquam Canonico facta, vel facienda fuisset, nam tunc nullo modo ad eum appellatio interponeretur, nec facultas conferendi devolueretur, quia decifet personarum diuersitas, que in his casibus necessario desideratur, Rota decis. 1. sub tit. de suppl. neglig. Prelat. in novis, alias decis. 113.

**E**t in hoc casu cum dolosè impedierit, &c.] Notatur ad hoc quod ex negligentia inferiorum non devoluitur ad Superiorem potestas, quando superior dolosè procurauit illam negligentiam, vt per Palat. in reper. rubr. de donationib. inter virum, & uxorem, §. 70. num. 21.

Notatur ad hoc, quod quando quis ex aliquo evenitu praetendit lucrum, eo carere debet, si constet per eius dolus hunc casum evenisse, & per eum fuisset procuratum, vt per D. Barbos. in l. si ab hostibus, §. fin. n. 5. soluto matrim.

## S V M M A R I V M.

- 1 Paronus non potest promittere se presentaturum quem ad beneficia vacatura, nec potestatem dare alteri vt presentet, & si id faciat, non tenet.
- 2 Femina presentare potest.
- 3 Paronus beneficii Ecclesiastici non potest promittere se presentaturum diquem ad beneficium vacatum, nec alicui dare potestatem presentandi ad illud antequam vacet.
- 4 Reges Lustani quo iure promittere possint in genere Ecclesiæ sui patronatus, & præceptorias vacatas ostenduntur.
- 5 Presentandi ius non habetur in actu nisi à tempore vaccinationis.
- 6 Procuratorem vt presentet pro se ad beneficia vacatura de auctoritate Ordinarij quis potest consti- tuere ex insta causa.

## C A P. Cùm dilecta, X VI. & vlt.

### Honorius III.

**P**atronus non potest promittere se presentaturum aliquem ad beneficia vacatura, nec potestatem dare alteri vt presentet, & si id faciat, non tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Viuian. in rationali lib. 3. iuris Pontificis pag. 130. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 412. remissiu. Ximen. in concord. p. 1. & 2.

**C**omitissa Flandren. &c.] Ergo femina presentare potest, vt per Roch. de irepatron. verbo competens, in prime Julian. Viuian. in praxi iuris patron. p. 3. lib. 5. c. 4. num. 5.

**F**ecerit promissione, &c.] Notatur ad hoc quod patro- nus beneficij Ecclesiastici non potest promittere se pre-

sentare

90 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

Lentaturum aliquem ad beneficium vacatorum, nec  
aliciui dare potestatem praesentandi ad illud ante-  
quam varet, vt per Kirchen. tom. i. communium opin-  
lib. t. sit. 4. num. 8. pag. 167. Put. part. i. decif. 244. in  
antig. alias 13. 18. 3. n. in correct. Lambert. de iure paron. i.  
part. lib. 2. q. 6. art. 1. & 19. Roch. eod. frat. verbo honori-  
ficium. n. 2. & verb. competentes. n. 6.3. Perez l. 1. gloss. 1.  
vers. non minus elegans, tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 146.  
Rebuffi. in praxi benef. p. 2. sit. de reprobatis. binet. via impetr. à n. 25. Spin. in speculo restam. gloss. 4. princ. n. 102.  
Julian. Vian. in praxi iuris patr. p. 2. lib. 10. c. 2. Rot.  
in Fauentina beneficij 1. 3. Iuny 1614. coram bona me-  
mor. Burato inter eius impreffas decif. 6. t. n. l. vbi Fe-  
rentil. in annor. lit. A. Ioan. Nicol. Delphin. de iure patr. lib. 2. n. 19. 2. Caffad. decif. 5. de iure paron. Roland  
conf. 47. ex n. 5. volum. r. Cosm. in pragm. sanct. tit. de  
collationib. §. reservationes, in gloss. verbo vacatoriorum.  
vers. quemadmodum enim, Huinad. l. 10. gloss. 4. num. 1.  
tit. 16. p. 1. plures, quos refert Cened. de Reclar. col-  
lect. 16. à princ. latè Nicol. Garc. de benef. p. 10. c. 1. &  
4. n. 4. Cabed. de patronatibus Regie Coronæ, c. 14. vbi te-  
soluti passim Reges Lusitanie consueverunt, & folere  
promittente praesentare aliquem in Ecclesiæ sui patro-  
natus in genere ob benemerita, & lenititia, & de hac  
promissione prouisionem Regiam fieri, & c. 1. idem  
facere dicit commodi vacantis. Verum consuetudo  
illa, que Reges nostra Lusitanie promittunt in gene-  
re Ecclesiæ sui patronatus vacatuarias, dubito an iure  
subsistere possit, nisi ex presumpcio Summi Pontif  
privilegio, quod ad huiusmodi promissiones, ex  
iusta tamen causa facientes, concessum censer de-  
bet, argum. cap. super quibusdam, §. preterea, de verb  
signific.

Similiter non sine aliqua difficultate procedunt ex-  
pectativa, quæ ad Praeceptorias, id est, Commendas  
Ordinum Militarium concedi solent per Regem no-  
stre Lusitanie tanquam per Magistrum corundem  
Ordinum, quia Magister Ordinum Militarium cense-  
tur tanquam quilibet alijs Praelatus inferior, vt ex-  
Natur, in *Apologia de redditibus Ecclesiast. quest. i. moni-*  
*nit. 56. tradit Cabed. d. o. 15. mun. 4.* & satis constat  
ex traditis per Fr. Emanu. *quest. Regul. tom. 1. q. 36.*  
art. 5. Sed Praelatus inferior à Papa non potest prin-  
cipaliter promittere expectativas sine generaliter, si-  
tive specialiter ad beneficia vacatura, c. 2. *super hoc tit.*  
Ergo, &c. facit constitut. Pij V. quæ incipit, *Sacra-*  
*famulum. Sed responderi potest huiusmodi Commen-*  
*das non esse Ecclesiastica beneficia, ut adiurit Ca-*  
*bed. d. 15. mun. 5.* praesent Fr. Emanu. *d. tom. 1.*  
*quest. i. art. 6. col. 3. post princ. quicquid aliter sentiat*  
*Valasc. consile. 108. n. 28. Ratio est, quia iuste possi-*  
*dentur à praedictarum Militiarium professoribus, qui*  
*quidem, etiam si religiosis sint, vel propriè, vel largè,*  
*secundum Doctrorum opiniones, quos refero de of-*  
*ficio, & potest. Episcopi, part. 2. alleg. 12. m. 16. Clerici*  
*tamen non sunt, neque aliquem Ordinem, si eorum*  
*Conuentuales excipiamus, ut plurimum suscipiant,*  
*neque teneant suscipere, ut ex quotidiana experien-*tia constat, cum tamen Clerici esse debent, & ita*  
*Ordines suscipere ad recipiendas praedictas Com-*endas, si ipsa effient Ecclesiastica beneficia, iuxta*  
*reg. text. in c. de atav. & qualitate, cum similibus, &*  
*Concil. Trident. sess. 23. de reformat. c. 5. & sess. 24.*  
*de reformat. c. 12. imm. etiam, quia de facto con-*  
*stat praedicti. Milites huiusmodi Commendas non*  
*obtinere cum titulo illo spirituali, quem praesertim*  
*Ecclesiastica beneficia, illi namque fruuntur solis*  
*fructibus temporalibus, qui superantur ab ipsi be-*neficiis, quæ reguntur per Clericos ciuidum Ordin-*  
*ivis, & Militia; penes quos solùm residet spiritualis****

corum titulos, ut bene aduertunt Cabed. d.c. 15. & num. 18. Fr. Emman. d. col. 3. post princ. & fatis ex his constat, que circa oblationes his Clericis, an potius praeeditis Militibus eorum Commendari posse professoribus solvendas controuerunt Valasc. consult. 14. tom. 1. & Fr. Emman. d. tom. 2. q. 36. art. 7. Cum ergo Commenda huiusmodi non sit Ecclesiastica beneficia, non includuntur sub prohibitione c. 2. *fupra hoc tit. vii. ibi notam;* nec esse materialia simonia, traditum Victor. in *releit. de simon.* num. 45. Aragon. 2. 2. q. 100. art. 4. Soar. tom. 1. de Relig. lib. 4. de simon. c. 27. num. 6. Bonac in *tratt. de simon.* q. 4. n. 15. vbi in *vers ex dictis,* colligit non committi simoniam ab eo, qui pecunia procurat Commendam militarem, aut illam vendit.

*De non vacantibus.] Quia ius praesentandi non habetur in actu nisi a tempore vacationis, ut per Duen. reg. 279. & plures alios, quos refero de offic. & potest. Episcop. p. 3 alleg. 72 m. 5.*

*Et donatione eorum, &c.]* Ex iusta tamen causa, 6  
veluti si quis haberet se absentare in longinquas par-  
tes ad ancoritare Ordinarij poterit constitutere pro-  
curatorem, ut praefatam pro se vacaturam, Lambert.  
*d.lib. 1. q.4.art. 2.u.3, & 89.art. 9.n. 4.* Marescot. var. re-  
sol.lib. 2.e.3.zm.3. Gregor. decif. 42.c.5.n. 5. Rot. decif. 5.2.  
n.7.p.1. recit. Ferent. ad decif. 21. Buratti n.26. Nicol.  
Garc. d.c. 1. n. 18. Inlian. Viniian. in *d. praxi p. 5.lib. 5.*  
*c. 4. n. 6.* & ideo validè poterit procurator constitui  
generaliter ad praesentandum in omnibus Ecclesiis  
infristratutus, Abb. hic n.6. Lambertin. *d. quest. 4.*  
*artic. 3.* Viniian. c.4. num. 9. Marescot. à c.3.z. num. 1.  
Nicol. Garc. d.c. 1. num. 19. vbi num. 20. refoluit validè  
dissationem procuratoris, seu administrato-  
ris generalis negotiorum patroni ex iusta causa ab-  
fentie constitutae ante vacationem beneficii, cui  
committebat praesentationem, etiam quod vniacem  
haberet.

*Ne Sede vacante aliquid innouetur.*

TIT. IX.

SUMMARY.

1. *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
  2. *Sedes in hac rubr. pro Ecclesia, in qua est locus Prelati cuiuscumque etiam inferioris.*
  3. *Vacare aliquando idem est quod cessare.*
  4. *Verbum, vacante, in hac rubr. importat carentiam proprii Prelati, qui intra Ecclesie tueatur.*
  5. *Vacacionis nomine venit omnis vacatio, sive vacans eius.*

VPER hanc rob̄. scripserunt Zabarell.  
Ioan. Andr. Imola, Anania, Anch. Butr.  
Panorm. Guid. Papx, Durand. in brevia-  
rio aureo iuris Canon. fol. 93. verso, Petr.  
de Ranaera in compendio iuris Canon. Dan.  
Venator in analysis methodica iuris Pontific. à pag. 396.  
Goffred. & Host. in summa huīis tit. Alexand. Caffan.  
& Anaf. Germōn. in parvissim ad quinque libros De-  
cretal. Bartholom. Carthag. in expositione titulorum  
iuris Canonici. Ioan. Hohor. lib. 3. in summ. in Decret.  
Zyp̄. in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat.  
pag. 186. omnes sub hoc tit.

Sede. ] Licet Sedes aliás multipliciter dicatur in iure, ut per Pauin. de potestate Capituli, pral. 6. hic tamen